CALCULATIO ALBINI MAGISTRI · QUOMODO POSSIT
REPPERIRI QUO DIE MENSIS UEL QUOTA FERIA XIIII · LUN
PASCHAE OCCURRAT PER DECEM ET NOUEM ANNOS ·

MARTIUS HABET REGULARES · XXXVI · ET IN FINEM · VIIII
APRL · HABET REGULARES XXXV · ET IN FINEM VII ·

Primo anno circuli decennouenalis · xxx est luna · in xi · kl apr · eodemq.
anno luna xiiii a luna quinto die kalendarium apr id est nonas apr · lunae · v · ad
xxx · et sume pro regularibus Mensis apr eo anno quo xiiii · luna in mense aprile
incurrit · Eo uero anno quo mense martio xiiii luna incurrit trade martio regula
res xxxvi · Ex praedictis utique facillime agnoscis utrum in martium an aprilem
xiiii · luna eueniat · Si enim plus · xv · aut minus · v · epactis habes aprilio xiiii luna
conputatur · si uero plus · v · et minus · xv · epactis habes martio · xiiii · luna deputat ·
Tene ergo regulares in aprilio · xxxv · et subtrahe epactas semper eius anni · et quod re
manserit ipse est dies · xiiii · lunae · ut puta tertio anno circuli decennouenalis · xxii · erunt
epactae · tolle · xxii · de xxxv · et remanent · xiii · tertia decima die mensis apr id est
idus apr · xiiii · luna occurrit · Si uero feriam quaeris quartae decimae lunae adde concur
rentes anni illius numero qui relictus est ut puta istis · xiii · qui in praesenti sunt in apri
lio quoq. · vii · regulares · haec omnia collige et post diuide per septinarium · et quod reman
serit ipsa est feria lunae · xiiii · Et sic facillime ad diem dominicum peruenies · Mense
autem martio tene regulares · xxxvi · subtrahe epactas anni illius · uerbi gratia secundo
anno circuli decennouenalis · xi · fiunt · xxv · Uicesima quinta die mensis eiusdem xiiii
luna aderit · id est · viiii · kl apr · Si uero feriam eiusdem diei requiras adde numero prae
scripto concurrentes anni illius et regulares · iiii · in martio · Hisque in unum collectis
partitoque per septinarium · et quod remanserit ipse est dies lunae · xiiii · si nihil reman
serit · vii · feria est · Igitur si detractis epactis · xxx · remanent · tamen quodcumq. sup
est ipse est dies mensis in quo quarta x luna repperies · Ut eo anno quo · iiii · epactae fiunt ·
absume · iiii · de · xxxv · et remanent · xxxi · tolle · xxx · et remanet · i · Prima die mensis
xiiii · luna occurrit · id est kl · apr · Si uero deductis epactis · xxx · tantum remanent · xxx die
mensis · xiiii luna euenit · quod semel intra · xviiii · accidit annos · quando · v · epactae asseri
buntur et in · iii · kl apr · xiiii · luna prouenit · Ut ex exemplis ad inueniendam instruem
feriam qua · xiiii · luna occurrat · Ut puta anno praesenti dominicae incarnationis
dcclxxvi · sume epactas huius anni · xxii · detractisq. eisdem · xxxv · regularibus ·

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/bav/bav_pal_lat_1449/0034